



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

De homicidio ex occasione Adult. parag. 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

ex probabili sententia non evades Irregularis, sicut evadas, ex probabile, ut dixi supra §. 2. a. n. 37. & dicemus latius §. 9.

27. Quartus casus est, quando ea quis circa infirmos bona fide gerit, quæ solent ab Infirmariis, & agrorumque Assistantibus fieri, & tunc secuta per accidens morte, non eris Irregularis (quicquid aliqui debito scrupulosiores dixerint in oppositum) Ratio est, quia bona fides, & solita officia Caritatis non debuerunt tam rigorosa poena castigari. Adde hunc non peccate mortaliter, ut certum est, ergo non incurrit Irregularitatem ex delicto, quæ delictum mortale supponit: sed nec incurrit Irregularitatem ex defectu lenitatis, quia hanc non incurri, nisi à Ministris Justitiae, & in bello iusto, innuimus supra, & late explicabimus infra.

28. Hinc ergo, si cibi, potusque aliquid bona fide ægroti præbeas, sive tuo, sive alterius consilio, licet inconfuso Medico, si eundem ægrotum in lecto invenias, ut quietiorem suum inveniat si eundem subleyes, ut cibum v. gr. capiat commodius, si ei suadeas deambulatiunculam per cubiculum ut tene aliquantulum exhilaret, si eundem verbis al quanto asperioribus reprehendas, ut cibum, vel potionem sumar, si hæc, inquam, vel similia circa infirmum bona fide agas, quamvis accidat, sed accidat præter tuam intentionem, mors, Irregularis non a eris. De dubio in prædictis dixi universaliter supra cap. 5. §. unicus.

*Non Medicus tradens potionem medicinam.*

29. Si eam des, ad occidendum aliquem, vel ad abortum foetus animati faciendum, te esse Irregularis ex homicidio voluntario, nullus ignorat. At in hoc loco quærimus, quando ad alium finem potionem ejusmodi propinas, vel medicamentum quodpiam contumescens, sed inde, præter intentionem tuam, aterius interitus sequitur.

30. Propinare autem potes. Primo, ad sa-

di Cenf. d. nitatem inducendam. Secundo, ad non con-

cipiendam prolem. Tertio, ad eandem con-

Gibal. cipendam. Quarto, ad amorem, vel odium

Irreg. c. excitandum, quod poculum Amatorium ap-

4. q. 2. & pellare solemus.

De Primo haec tenus dictum est: De ceteris bicaliquid est explicandum.

31. De Secundo igitur sic habe. Qui medicamentum dat, ad non concipiendum, seu ad factum inanimatum ejiciendum, si sequatur inde mors illud sumens, Irregularis per se fiet ille, qui dedit. Ratio est, quia ejusmodi medicamenta, quæ sunt causa tanti effectus, præsentim factum ejiciendi, cum sint a persæpe admodum violenta, timeri semper debent, ne mortem afferant. Perse, inquam, unde in foro extero pronuntiaberis semper Irregularis. At, si coram Deo nihil periculi mortis prævidisti, nec ullo modo dubitasti, mors sumens erit tibi verè, & per omnia casualis, quare, juxta superius dicta, te in foro conscientiæ Irregularis facere, non possem.

32. De Tertio, & quarto, hoc est de dantibus medicamentum foecunditatis, vel Amatorium, benignius loqui, concedimus; facile enim eos excusamus ab Irregularitate, quia hæc medicamenta non solent similis esse violentie. Expendendum nihilominus est genus medicamenti. Quod si periculosum est, deque periculo tu subdubitasti, Irregularis (si illud sumens moriatur) te omnino facimus, quia tunc causa ejus interitus fuisti: Si ne dubitasti quidem, Irregularis te doctrina ha- cenus explicata non faciet.

33. Prædictis non obstat Jus Civile, quod tradentes potionem abortionis, vel medicamentum amatorium morte damnat. Non obstat, inquam, quia id in Legibus Civilibus disponitur. At non semper, quod pur tur à Civilibus Legibus pena mortis, punitur à Jure Canonico pena Irregularitatis. Sic punitur morte peccatum nefandum à Jure Civili, at non punitur Irregularitate à Jure Canonico. Legi Covari. & aliosque qui prædictas leges affectunt.

## §. V.

### De Homicidio ex occasione Adulterij.

34. **A**ssertio Prima. Si Adulter ex cir-

cumstantiis prævidit adulteram esse

à suis occidendum, nec sufficenter cautele

gessit, in removendo periculo, erit, sequen-

ta morte, Irregularis, non quidem ex adul-

terio, quod ex se non est causa proxima

mortis, seu non est actio sufficenter direc-

ta ad mortem inferendam, sed ex memo-

rato

<sup>a</sup> Gibal. de  
Irregularitatem  
nro. 17.

<sup>b</sup> Cov. in  
Clemen. Si  
furios. p. 2.  
initio n. 3.  
Gotion n. 3.  
Gomez  
variar. T.  
3. c. 3. nro. 33  
Carver. in  
præ. Crim.  
de Homic.  
§. 1. §. 25.  
C. 26. n.  
103. Gibal.  
c. 4. q. 2. de  
Irreg. n. 16.

rato periculo, in quod, spectatis illis circumstantijs, Adulteri conjicit adulteram, quamvis violentem, quia, neque is, neque haec Domini sunt vita.

2. Si vero sint eæ circumstantiæ, ut ejusmodi periculum non afferant, Irregularis non erit. Ita Suar. & aliique; quæ doctrina conciliat Doctores, quorum aliqui negant, aliqui affirmant ex Adulterio posse occiri Irregularitatem.

*a Suar. de  
Censur. d.  
46. se. I.  
nu. 11. Sa-  
yr. de Cen-  
sur. l. 7. c. 5.  
nu. 12. Fa-  
rin. frag.  
p. 2. V. Irre-  
gul. n. 505.*

3. Quod si periculum mortis prævidisti illam intendisti, te esse certò Irregularem diximus §. 7. nu. 17. Atque haec monitione custodienda est etiam in sequentibus assertionibus.

4. Assertion secunda. Si committas adulterium, etiam inciatè, unde Maritus advertens uxoris infidelitatem, se ipsum propter decus inde sibi exortum, occidat, tu Irregularis non eris. Ratio est, quia more humano prævidere quidem & timere poteras de morte Vxoris, at de morte Mariti non item. Idem dic, si Adultera, ne à Marito occidatur, Maritum occida. Fatoe rāmen, si in aliquo raro casu occasione has prævidilles, nec sufficienter cavilles, difficile est, te non pronuntiari Irregulari, quia, sic, non solum remotam occasionem dédisti talium occisionum, sed verè causam proximam, ad Irregularitatem enim contrahendam ex homicidio casuali, non est necesse, ut tu immediatè sis causa mortis, sed satis est, si à te actio fiat, ex qua prudenter timeatur mortis periculum, quod sufficienter non caveatur, ut dictum est *Sapra* §. 3. nu. 2. Sic si mittas puerum ad aquam educandam à putoe, advertens ad periculum pueri, si is demergatur, eris Irregularis, ut supra diximus, quia, quamvis missio aquarum non sit ex se actio conjuncta, seu ordinata ad hominis mortem, est tamen in his circumstantijs, atque adeo ejusmodi missio erit in materia homicidij iniusti.

5. Assertion tertia. Si, inter colloquendum referas adulterium mulieris coram Marito, vel coram consanguineis, unde adultera ab aliquo ex his occidatur, Irregularitatem non effugies, quia, in hac circumstantia, iusta causa es homicidii. Idem eri, si referas tuo Corriyalì copulam cum feminâ, quam-

Corrivalis petit, unde is faeminam occida. Ratio est, quia in his circumstantijs solet fieri ejusmodi occisio. Et tu eam prævidisti, vel de ea dubitasti, ut supponimus. Quodsi nullo modo de ea suspicatus es, vel erant eæ circumstantiæ, ut timenda prudenter non esset occisio, timere tu non debes à Irregularitate. Et sanè in foro externo Episcopus per iudicium, & per ea, quæ contingere solent, judicabit in prædictis de tuo incusis in Irregularitatem. At in foro interno tua te conscientia, adhibito sapientum consilio, condemnabit, vel absolvet.

6. Si ducas uxorem amasiam, quam prætendebat alius corrivalis, unde is idem Corrivalis ipsam occidat, profecto, si hanc occisionem non prævidisti, certo non es Irregularis, at, si eandem prævidisti, licet eandem non intenderis, te esse Irregularem, putat P. b Prates contra Majolum, & quia in hac circumstantia causa es mortis. Sed mihi placet *Ireg. 4. 4* sententia dicti Majoli, qui hunc eniam in c. 3. j. 3. posteriore hoc casu liberat ab Irregularitate, & quidem nihil laborans de ejus ratione, illam ego satis validam affero, quia Irregularis sine peccato mortali contra Justitiam in materia homicidii non incurritur Irregularitas, ut supra vidimus: At, quod peccatum contra Justitiam committi is, qui amasiam legitime uxorem ducit? Impuniti sibi Corrivalis, si id ipsi non placet.

7. Assertion quarta. Si Judex, legitimè procedens, de delicto delato, & probato Adulterium damnet v. gr. ad inclusionem in Monasterio, Maritus autem eam interficiat, non erit Judex Irregularis, erit vero, si non legitimè procedat, ut, si v. gr. adulterium, quod erat occultum patescit. Prior pars hujus assertionis manifesta est, quia, dum Judex justum judicium profert, non peccat, immo meretur, unde illa mors nullo modo ipsi tribuitur, sed malitia Mariti. Posterior pars probatur, quia tunc Judex, extendendo fines officijs sui, causa est homicidii. Lege Majolum, & Ugolinum. Semper autem intelligo, si de periculo subdubitaverit, si circumstantia periculum portendebant, nec sufficienter cavit, &c.